



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Alexandro VIII. Innocentio XII. & Clemente
XI. editas

Luxemburgi, 1739

XVI. De concessione bonorum Ecclesiasticorum Consanguineis, & Affinibus
Rom. Pontificis, ejusque gratiis per Concessum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74715](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74715)

contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis; Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut earumdem præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Norarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in Judicio, & extra illud habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscator. die XXI. Junii MDCXCII. Pontificatus nostri Anno Primo.

XVII.

Præscribitur moderatio servanda a Pontifice in concedendis bonis Ecclesiasticis suis Consanguineis, & Affinibus, horumque loco adlectis; necnon modus in signandis Gratiis per Concessum ipso ægrotaante.

Alex. VIII. Const. ed. 1690. Mar. 15. P. 1. iterum restituuntur redditus Vice-Cancellario. Et hujus Pontificis Const. ed. 1693. Octob. 15. P. 2. modus imponitur Card. circa Privilegium testandi.

Dat. 23. Junii
1692. An. 1.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Romanum decet Pontificem, tanquam fidelem servum, & prudentem, quem constituit Dominus super familiam suam in Ecclesiæ Catholicæ conspectu actum suum ita ordinare, ut ipse quidem in diebus suis placeat Domino, & inveniatur justus, harque forma gregis ex animo, & bonus sit Christi odor in omni loco; cæteri vero Antistites, & Ecclesiæ Prælati in partem sollicitudinis, cujus ei commissa est plenitudo, vocati, alique Christifideles, quos curæ suæ divinitus creditos in visceribus paternæ gerit charitatis, ejus exemplo, atque præceptis caduca mundi hujus despiciere, carnisque, & sanguinis laqueos efigere, ac de bonis, & rebus Ecclesiasticis juxta æquitatis, & justitiæ leges disponere, & spiritualium remigio alarum ad cælestia contendere, atque evolare auxiliante Domino condiscant. Hinc ad ea Sacrorum Canonum instituta, quæ Episcopis, ne bonis, & redditibus Ecclesiæ Consanguineos suos augere studeant, interdicitur, considerationis nostræ aciem convertentes, eam Nobis in suprema Beati Petri Apostolorum Principis, cui caro, & sanguis non revelavit, Sede constitutus ab ipso Pontificatus nostri primordio servandam proposuimus, & hæcenus Deo adjuvante servare studuimus disciplinam, ut in bonorum, & reddituum ad hanc Sanctam Sedem, & Cameram nostram Apostolicam spectantium distributione justitiæ, atque prudentiæ leges, & regulas accurate custodientes, summam meritum, nullam autem carnis, & sanguinis, aut cujuscumque humani affectus rationem haberemus, & licet in Dei misericordia speremus, tales nobis successuros Romanos Pontifices, qui non minus hac in parte, quam in reliquis munus suum impleant, & Ecclesiam universam spiritualium aromatum odore perfundant; nihilominus ea, quæ Nobis licere non patimur, aliis indicare, salubremque in Sancta Romana Ecclesiâ omnium Ecclesiarum Matre, & Magistra circa præmissa normam, & legem constituere, atque stabilire decrevimus.

Causa Constitutionis.

§. 1. Habita igitur super his cum Venerabilibus Fratribus nostris ejusdem S. R. E. Cardinalibus deliberatione matura, ac de illorum consilio pariter, & assensu ad Omnipotentis Dei gloriam, Apostolicæ Sedis honorem, ac Antistitum, Prælatorum, aliorumque Ecclesiasticorum ædificationem, & bonum exemplum, hac nostra perpetuo valitura Constitutione statuimus, atque decernimus, salutarem hanc de cætero in dicta S. R. E. servari rationem, atque disciplinam, ut nec a Nobis, nec ab ullo Romanorum Pontificum successorum nostrorum ad favorem nostrorum, sive suorum respectivè Fratrum, Nepotum, aliorumque quorumcumque Consanguineorum, seu Affinium, sive illorum, quos in locum Nepotum, aliorumque Consanguineorum, per cooptationem in familiam, aut aliter adlegi, seu adscisci contigerit, de bonis, pecuniis, locis Montium vacabilium, & non vacabilium, officiis venalibus, illorumque pretio, creditis, redditibus, rebus, & juribus quibuscumque ad Sedem, & Cameram præfatas quovis modo spectantibus, vel quodocumque spectaturis, etiam ex emolumentis Dataria, Cancellariæ Apostolicæ, Secretariæ Brevium, spoliis Ecclesiasticorum, & quarumcumque Palatii Apostolici portionum, seu distributionum provenientius, liberalitatis, & donationis, aliove quovis gratuito, seu lucrativo titulo directe, vel indirecte, etiam servitorum, & meritum, quæ tamen talia non sint, ut ex lege justitiæ eam exigant remunerationem, aliove quolibet colore, seu prætextu, sive etiam supra veram ipsorum servitorum, & meritum rationem ullo modo in posterum disponatur.

No. n. si titulo justitiæ liceat, dare dd. personis præfata bona.

§. 2. Quod si Fratres, Nepotes, Consanguinei, vel Affines, seu illorum loco adlecti, sive adscisci præfati inopia laboraverint, poterit Romanus Pontifex pro tempore existens pro timorata sua conscientia illorum paupertatem eodem omnino modo sublevare, quo Pauperum extraneorum inopia subvenire fas est.

Quid fas sit in calu inopia eorum.

§. 3. Ne autem, quod directe prohibetur, indirecte permittatur magnorum stipendiorum, seu honorariorum nonnullis Sedis prædictæ officiis, seu muneribus, quæ Consanguineis, vel Affinibus, seu adlectis, vel adscitis præfatis concedi ut plurimum consueverunt, assignatarum ratione, stipendia, provisiones, sive salaria, & honoraria, & alias quomodolibet nuncupari solita emolumenta quæcumque, quæ antehac per Cameram prædictam in Civitate Avenionensi, & Comitatu Venassino nostris in spiritualibus, & temporalibus Vicario Generali, ac in illis, & vicinis quinque Provinciis ejusdem Sedis de Latere Legato præstari, & solvi plerumque solita, & consueta fuerunt: Superintendentis vero Generalis negotiorum Sedis Apostolicæ, necnon totius militiæ, tam equestris, quam pedestris status nostri Ecclesiastici Gubernatoris, & Capitanei Generalis, itidemque Classis, & Triremium Pontificiarum Præfecti, illiusque, & illarum Commissarii, & Locumtenentis Generalis, Arciumque, & Turrium ad littora maris tam Adriatici, quam Thyrræni existentium Superintendentis Generalis, Præfecti quoque Generalis utriusque custodiæ Corporis Romani Pontificis, ejusque Locumtenentis Generalis, item Castellani Arcis S. Angeli de Urbe, Gubernatoris, ut alias deputabatur, Civitatis Beneventanæ, cujus tamen gubernium ad instar aliorum prædicti nostri status, prout in præsentiarum servatur, remaneat, & Arcis Beneventanæ Præfecti; item Gubernatoris Oppidi nostri Civitatis Verulæ, ac demum Perusina, Anconitanæ, & novæ Asculanæ respectivè Arcium Præfecti, seu Castellani, Officia, & munera ipsa cum omnibus, & singulis illorum, & cujuslibet eorum juribus, prærogativis, stipendiis, salariis, & emolumentis qui-

Ut tollatur prætextus stipendiorum, hæc aboletur cum pluribus Officiis, & muneribus secularium.



Urgente ne-
cessitate ea
renovari pos-
sunt, sed cer-
ta scientia.

In Ecclesia-
sticis perso-
nis attenda-
tur dumtaxat
meritum,
& dignitatis
gradus.

Cardinalibus
assignari ne-
queant ad vi-
tam plus
quam 12.
millia scuta.

Si fecus quid
fiat, id suc-
cessor Pontif-
cis rescin-
dat.

buscumque perpetuo supprimimus, & abole-
mus, illaque deinceps, quomodocumque, &
quandocumque renovari prohibemus, nec cui-
quam de cetero assignari, & praestari, seu con-
cedi, & conferri respective volumus, atque de-
cernimus. Quod si pro rerum qualitate, tem-
porumque contingencia, manifesta, urgensque
necessitas munera, seu officia militaria hujus-
modi, vel aliqua ex eis de novo institui exegerit,
viros ad illa assumi volumus, & mandamus,
strenuos, & fideles, eximia virtute praestantes,
reiisque militaris apprime peritos, & in illa diurno,
ac probato usu exercitatos, quibus Roma-
nus Pontifex pro tempore existens secundum da-
tam sibi a Domino sapientiam pro ratione labo-
ris, industria, atque periculi competentia, & con-
gruentia stipendia assignabit. Porro si nostri, suc-
cessorumque nostrorum Romanorum Pontificum
pro tempore existentium Fratres, Nepotes, &
alii quicumque Consanguinei, seu Affines, sive
veri, sive, ut praefertur adlecti, & adsciti vi-
tam Ecclesiasticam elegerint, ac Ecclesiarum, &
Monasteriorum, aliorumque Beneficiorum, &
Officiorum Ecclesiasticorum, ac annuarum Pen-
sionum super eorum fructibus consecutionis ca-
paces fuerint, eam in reddituum, & proven-
tuum Ecclesiasticorum distributione eis facienda
servari volumus moderationem, ut non nisi juxta
eorum merita, & non ultra congruam pro gra-
dus, vel dignitatis, quem, vel quam in Eccle-
sia obtinerint, nullo ad consanguinitatem, af-
finitatem, seu adlectionem erga Romanum Pon-
tificem habito respectu sustentationem, ejus-
modi redditus, & proventus Ecclesiastici eis distri-
buantur, quo custodita in omnibus Ecclesiastica
disciplina, atque iustitiae distributivae regula,
nemini relinquatur conquerendi, vel obloquen-
di occasio; sed Ecclesiastica stipendia ministran-
tibus in Ecclesia Dei, aequa lance pro uniuscujus-
que merito assignentur.

§. 4. Quoad illos autem ex Fratribus, Nepo-
tibus aliisque Consanguineis, seu Affinibus Ro-
manorum Pontificum pro tempore existentium
praefatorum; sive veris, sive ut praefertur adlec-
tis, & adscitis, quos eximiis eorum ita exi-
gentibus meritis ad sublimem Cardinalatus di-
gnitatem assumi contigerit, eam quoque de ce-
tero servari volumus moderationem, ut Eccle-
siae, Monasteria, Commendae, aliave cujusvis
generis Beneficia, & officia Ecclesiastica, ac pen-
siones annuae super illorum fructibus unicuique
eorundem respective conferenda, commendan-
da, & concedenda, ac reservanda, & assignan-
da, verum valorem annuum duodecim millium
scutorum monetae Romanae computatis insimul
Beneficiorum, & officiorum quibuscumque fruc-
tibus, & pensionum quantitatis, in totum
non excedant: in ea tamen taxatione non com-
prehendantur emolumenta officiorum ejusdem
Apostolicae Sedis, & Romanae Curiae S.R.E. Car-
dinalibus demandari, seu concedi solitorum,
aliorumque munerum, quae ipsis non ad vitam,
vel in perpetuum, sed ad tempus seu benepla-
citurum Romani Pontificis pro tempore existentis
demandata, seu concessa fuerint. Declarantes,
quod deinceps praefati, qui vitam Ecclesiasticam
elegerint, seu ad sublimem Cardinalatus digni-
tatem fuerint assumpti, quoscumque Titulos
fructuum reservationibus gravatos, sive praeventi-
vas, vel eventivas pensiones ultra moderatio-
nem, ut supra respective praescriptam nullatenus
assequi valeant.

§. 5. Quod si forsitan (quod absit) modus cir-
ca praemissa sic congruenter, salubriterque praes-
criptus in posterum excedatur, curae erit Roma-
ni Pontificis successoribus, donationes gra-
tuitas, seu lucrativas dispositiones, excessivas
subventiones, munerum, & officiorum, seu il-
lorum stipendiorum, & emolumentorum con-

cessiones, ac reddituum, & proventuum Eccle-
siasticorum distributiones, necnon collationes,
commendas, concessionis, reservationes, & af-
signationes, aliaque praemissa contra, vel ultra
modum, ut praefertur, praescriptum factas, seu
facta, rescindere, revocare, & in nihilum re-
digere, ac ut praefertur, donata, elargita, con-
cessa, collata, commendata, reservata, & assigna-
ta a Consanguineis, & Affinibus, sive veris,
sive adlectis, & adscitis praefatis, eorumque Ha-
redibus, & successoribus respective, etiam manu
regia, & de Apostolica potestatis plenitu-
dine vindicare, & auferre, ac Camerae Aposto-
licae applicare, & incorporare, aliisque respective
conferre, commendare, concedere, & assignare,
ac alias desuper opportune providere, seu dis-
ponere.

§. 6. Quia vero aegrotante Romano Pontifice
nonnunquam contigit, ut Signaturae gratiarum,
quae per *Concessum* fieri dicuntur, modum illum
excederent, quem ipse Romanus Pontifex dum
bene valebat, servare confueverat; statvimus,
atque decernimus, ut ii, quibus ejusmodi Signa-
turas per *Concessum* a Romano Pontifice aegro-
tante, etiam per *Chirographum* speciale manu
ipsius Romani Pontificis subscriptum, vel alias
quomodocumque committi contigerit, cujus-
cumque status, gradus, Ordinis, & Dignitatis
fuerint, etiam si Cardinalatus honore praefulgeant,
nullas hujusmodi gratias signare, vel expedire
valeant, nisi fuerint ad illas adhibiti duo ejus-
dem S. R. E. Cardinales, qui una cum signato-
re praefato coram ipsomet Romano Pontifice
eas concedente, ac expediri mandante, earum-
dem gratiarum supplicationibus, sive minutis,
aut *Chirographis*, aliisque concessionum Scrip-
turis subscriptis, alioquin quidquid fecus actum,
gestumve fuerit, nullum, irritum, & invalidum,
nulliusque sit roboris, vel momenti, & qui huic
saluberrimae sanctioni contraveniant ab ipso Ro-
mano Pontifice sanitati restituto, vel ejus suc-
cessoribus condignis penis puniantur.

§. 7. Ut autem praemissa omnia, & singula
perpetuo, & inviolabiliter observentur: volumus,
& Apostolica auctoritate decernimus, ut
sicut ejusdem S. R. E. Cardinales in Romana Cu-
ria praesentes hanc Constitutionem quantum in
eis erit, observare, illique non contravenire,
nec ullis contrafacientibus, etiam Romanis Pon-
tificibus consentire, nec absolutionem a jura-
mento praestito petere, nec oblatam, aut con-
cessam acceptare promiserunt, & jurarunt, item
quoque per absentes ab eadem curia dictae San-
ctae Romanae Ecclesiae Cardinales, quandocum-
que ad eam advenierint, ac per futuros Cardina-
les in assumptione Pilei promitti, & jurari de-
beat, promissioque, & juramentum hujusmodi
in formula juramenti per eosdem Cardinales praes-
tari soliti adjungantur, & adscribantur. Occur-
rente autem quandocumque ejusdem Apostoli-
cae Sedis vacatione iidem Cardinales in Concla-
vi quando de observandis fel. rec. praedecesso-
rum Nostrorum Julii PP. II. super electione Ro-
mani Pontificis, Pii PP. V. ne Civitates, & loca
S. R. E. infeudentur, & Sixti PP. V. de pecuniis
in Arce S. Angeli positus inde non amovendis,
aliisque nonnullis Constitutionibus Apostolicis
juramentum praestare solent, etiam de praesenti
Constitutione per quemlibet eorum, qui Ro-
manus Pontifex electus fuerit, inviolabiliter ob-
servanda, & postmodum ipse ad Supremi Apo-
stolatus officium assumptus, post assumptionem
hujusmodi hoc ipsum promittere, & jurare de-
beat, servatis etiam aliis omnibus, & singulis
illis, quae circa juramentum hujusmodi in praesenti
Sixti praedecessoris Constitutione Anno In-
carnationis Dominicae millesimo quingentesimo
octogesimo sexto, undecimo Kal. Maji Pontifi-
catus sui Anno primo edita praescribuntur.

Modus servan-
dus in signan-
dis gratis
per *Concessum*
aegrotante
Pontifice.

Haec Consti-
tutio confir-
manda est iu-
ramento ab
omnibus
Cardinali-
bus, & Pon-
tificibus.

1692.
Item adju-
genda aliis
Constitutio-
nibus, & pu-
blicanda.

§. 8. Has quoque nostras literas in libellum redigi, & post prædictas Julii, Pii, & Sixti, que in Conclavi legi solent, aliorumque prædecessorum nostrorum Constitutiones adjungi, & in quinto Cancellariæ nostræ Apostolicæ una cum aliis Constitutionibus Apostolicis adscribi, & ad Valvas Ecclesiæ Lateranensis, Basilicæ Principis Apostolorum, dictæque Cancellariæ, & in Acie Campi Floræ de Urbe publicari, ipsarumque præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eandem ubique fieri volumus, quam extra illud haberi volumus, quæ iisdem præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctio poe-
nalis.

§. 9. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrarum Constitutionis, Suppressionis, Abolitionis, Taxationis, Statutorum, Decretorum, Voluntatum, & Mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo nonagesimo secundo. Decimo Kal. Julii, Pontificatus nostri Anno Primo.

† Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus, promitto, voveo, & juro.



† Ego Alderanus Episcopus Ostiensis Cardinalis Cybo, promitto, voveo, & juro.

† Ego Jacobus Episcopus Tusculanus Cardinalis Fransonus, promitto, voveo, & juro.

† Ego P. Episcopus Prænestinus Cardinalis de Alteriis S. R. E. Camerarius, promitto, voveo, & juro.

† Ego F. Tit. S. Prædixis Presbyter Cardinalis Maidalchinus, promitto, voveo, & juro.

† Ego Carolus Tit. S. Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis Barberinus, promitto, voveo, & juro.

† Ego Nicolaus Tit. S. Calisti Presbyter Cardinalis Acciajulus, promitto, voveo, & juro.

† Ego Gaspar Tit. S. Mariæ Transyberim Presbyter Card. Carpinus, promitto, voveo, & juro.

† Ego Cesar Tit. SS. Trinitatis in Monte Pincio Presbyter Card. de Elireis, promitto, voveo, & juro.

† Ego Franciscus Tit. S. Matthæi in Merulana Presbyter Cardinalis Nerlius, promitto, voveo, & juro.

† Ego Hieronymus Tit. S. Sylvestri de Capite Presbyter Card. Casanate, promitto, voveo, & juro.

† Ego Galeatus Tit. SS. Quirici, & Julite Presbyter Card. Marefcottus, promitto, voveo, & juro.

† Ego Fabritius Tit. S. Chrysogoni Presbyter Cardinalis Spada, promitto, voveo, & juro.

† Ego P. Thomas Howardus Tit. S. Mariæ super Minervam, Presbyter Card. de Norfolkia, promitto, voveo, & juro.

† Ego Joannes Baptista Tit. S. Cecilia Presbyter Card. Spinula, promitto, voveo, & juro.

† Ego Fr. Laurentius Baslica SS. XII. Apostolorum Presbyter Card. de Laurea, promitto, voveo, & juro.

† Ego Jacobus Tit. S. Mariæ de Aracali Presbyter Cardinalis de Angelis, promitto, voveo, & juro.

† Ego Marcus Antonius Barbadius Tit. S. Sufannæ Presbyter Card. S. Sufannæ, promitto, voveo, & juro.

† Ego Joannes Tit. S. Petri in Monte Aureo Presbyter Cardinalis de Gassen, promitto, voveo, & juro.

† Ego P. Maria Tit. S. Marcelli Presbyter Card. Petruccius, promitto, voveo, & juro.

† Ego Joseph Saens Tit. Sanctæ Balbinæ Presbyter Cardinalis de Aguirre, promitto, voveo, & juro.

† Ego Leander Tit. SS. Nerii, & Achillei Presbyter Cardinalis Coloretus Major Penitentiaris, promitto, voveo, & juro.

† Ego Fortunatus Tituli SS. Joannis, & Pauli Presbyter Card. Carafa, promitto, voveo, & juro.

† Ego Bandinus Tit. S. Pancratii Presbyter Cardinalis Panciaticus, promitto, voveo, & juro.

† Ego Ferdinandus Tit. S. Clementis Presbyter Card. de Abdua, promitto, voveo, & juro.

† Ego Tuffanus Tit. S. Agnetis extra mania Presbyter Cardinalis de Janson Forbin, promitto, voveo, & juro.

† Ego Jo. Baptista Tit. S. Laurentii in Pane, & Perna Presb. Card. Rubinus, promitto, voveo, & juro.

† Ego Jo. Baptista S. Anastasiæ Presbyter Card. Costagutus, promitto, voveo, & juro.

† Ego Urbanus S. Mariæ in Vialata Diaconus Cardinalis Sacchetti, promitto, voveo, & juro.

† Ego Fulvius SS. Cosmæ, & Damiani Diaconus Card. Asallius, promitto, voveo, & juro.

- † Ego Petrus S. Laurentii in Damaso Diaconus Card. Orthobonus S. R. E. Vice-Cancellarius, promitto, voveo, & juro.
- † Ego C. S. Mariae in Cosmedin. Diaconus Cardinalis Bichius, promitto, voveo, & juro.
- † Ego Aloysius S. Mariae in Porticu Diaconus Card. Homodeus, promitto, voveo, & juro.
- † Ego Joannes Franciscus S. Adriani Diaconus Card. Albanus, promitto, voveo, & juro.
- † Ego Franciscus S. Angeli in foro Piscium Diaconus Cardinalis Barberinus, promitto, voveo, & juro.
- † Ego Laurentius S. Mariae in Aquiro Diaconus Card. de Aleriis, promitto, voveo, & juro.

XVII.

Præscribuntur facultates, quæ competunt Majori Pœnitentiario, & quomodo ab eo exerceri debeant.

Non eadem semper fuit facultas Majoris Pœnitentiarii, uti constat ex Constitutionibus infra laudatis, videl. Pii IV. Const. ed. 1562. Maji 3. P. 3. Pii V. Const. ed. 1569. Apr. 28. P. 4. & Const. ed. 1569. Jun. 17. P. 4. Gregorii XIV. Constit. ed. 1591. Apr. 10. Urbani VIII. Const. ed. 1634. Septem. 17. P. 12. Et aliorum Pontificum. Hujus Pontificis Const. ed. 1692. 7. Idus Maji, P. 1. reformata fuit judicium facultas circa reatum homicidarum. Et Constit. edit. 1692. Novemb. 18. P. 2. revocata fuit facultas Tribunalium particularium.

Dat. 3. Sept. 1692. An. 2.

INNOCENTIUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Procerium.

Romanus Pontifex omnium Christianissimum Pater, & Pastor, ejus, qui ut peccatores pretiosi sui Sanguinis profusione redemptos salvos faceret, semetipsum exinanivit, vices gerens in Terris ad ea, per quæ sibi cœlitus commissi gregis salutis uberius consulitur præcipuis debet, & indefessis studiis incumbere, sibi que in Petro Apostolorum Principe attributam potestatem, qua infallibili Christi Domini Testimonio, quidquid solverit super terram, erit solutum & in Cœlis, per se, & respective per alios provida dispensatione exercere. Hujus considerationis intuitu Romani Pontifices Prædecessores Nostri Pœnitentiariæ Apostolicæ Officio, & Majori Pœnitentiario quamplures, & amplas facultates concesserunt, illasque aliquando, in iis præsertim, quæ forum internum non concernebant, reformarunt, & quandoque ampliarunt, & immutarunt, prout rerum, & temporum circumstantiis, opportunitatibus, & vicissitudinibus attente pensatis, censuerunt in Domino salubriter expedire.

A Pio IV. reformata fuit auctoritas officii Pœnitentiariæ.

§. 1. Alias siquidem post antiquiores Officii hujusmodi status felic. record. Pius PP. IV. Prædecessor Noster Officiorum, & Tribunalium Romanæ Curie Reformationi Pastoralis sollicitudine intentus, ad ejusdem Pœnitentiariæ Officium, in quo morum censura, & animarum salus præcipue vertitur, considerationis suæ oculos direxit, habitaque desuper cum tunc existentibus S. R. E. Cardinalibus deliberatione matura, ipsoque Majore Pœnitentiario, ac ejus Officialibus auditis, ac omnibus mature consideratis, de eorundem Cardinalium consilio, quod de cætero perpetuis futuris temporibus pro tempore existens Major Pœnitentiarius, Regens, Correctores, Superiores, & Procura-

tores, ac alii quicumque ejus Officialis, & Ministri ab eorum omnium, quæ in tunc confectis capitulis, & prohibitionibus continebantur, & forum internum, seu pœnitentialem plerumque non respiciebant, concessione, & commissione penitus cessare, & abstinere deberent, per quasdam suas anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, quinto Nonas Maji Pontificatus sui anno Tertio expeditas Literas auctoritate Apostolica statuit, & ordinavit.

§. 2. Successive recol. me. Pius PP. V. etiam Prædecessor Noster tempus, & necessitatem, sui que Instituti rationem postulare perpendsens, ut in multis Romanæ Curie rebus novam deinceps formam proponeret, ejusmodi vero curam ipsum impensius sollicitare, ut ad ea in primis incumberet, quæ salutem, & periculum respiciebant animarum, ac præfato Pœnitentiariæ officio initium capere, novamve illi pro futuris facultatem statuere volens, de Apostolicæ potestatis plenitudine omnem, & quamcumque ejusdem Officii, & Pœnitentiarii Majoris auctoritatem, Jurisdictionem, & potestatem ordinariam, & delegatam, ac omnia, & quæcumque privilegia, facultates, & indulta illis, cæterisque omnibus dictæ Pœnitentiariæ tunc existentibus Collegiis, & Personis ab ipsius Officii institutione per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores suos, ac seipsum, & Sedem Apostolicam, etiam Motu proprio, & ipsius certa scientia, deque prædictæ potestatis plenitudine tam in genere, quam in specie, ac de mandato speciali, & expresso etiam vivæ vocis oraculo emisso, & ex quibuscumque causis concessa, confirmata, ac etiam pridem a memorato Pio IV. Prædecessore reformata, restricta, & moderata, quibuscumque concepta formulis, ac etiam restrictivis, derogatoriarum derogatoriis, aliisque fortioribus, & efficacioribus, ac etiam vim contractus inducentibus clausulis, necnon irritantibus, & aliis Decretis suffulta, quorum omnium tenores haberi voluit pro expressis, quæcumque essent (potestate Minorum Pœnitentiariarum suorum, & ordinationibus de illis, eorumque statu tunc pridem editis Literis salvis, & integris remanentibus) revocavit, suppressit, & abolevit, & alias prout in ejusdem Pii V. Prædecessoris quarto Kalen. Maji Anno præfate Incarnationis millesimo quingentesimo sexagesimo nono, & Pontificatus sui quarto desuper expeditis Literis uberius continetur.

§. 3. Utque memoratus Pius V. Prædecessor habita de Ministrorum qualitate, numero, functionibus, & Officiis ratione explicata novam futuris formam de integro præscribere valeret, qua ipsum Pœnitentiariæ Officium certis quibusdam facultatibus, quæ aliis Officiis magis conveniebant, exoneratum, atque expeditum, deinde ea, quæ Animarum salutem præcipue concernebant, attentiore studio prosequeretur, quinto decimo Kalen. Julii ejusdem anni millesimo quingentesimo sexagesimo noni duas edidit Constitutiones, in quarum prima quæ incipit - In omnibus rebus, Ministrorum qualitatem, numerum, functiones, & Officia in posterum ordinavit: In alia vero, quæ incipit - Ut bonus Pater familias, Pœnitentiariæ hujusmodi Officium nonnullis ibidem relatis facultatibus dumtaxat, quas pœnitentialem muneris maxime proprias, ac egentium Christianissimum remedio accommodatas censuit, communiavit.

§. 4. Deinde nihilominus idem Pius V. Prædecessor, ejusque Successores Romani Pontifices quampluribus vivæ vocis oraculis, & præsertim Gregorius Papa XIV. pariter Prædecessor Noster etiam suis in forma Brevis die decima Aprilis anni millesimo quingentesimo nonagesimi

A Pio V. revocata fuit auctoritas Pœnitentiariæ, ea excepta Minorum Pœnitentiario-rum.

Ab eodem Pio V. instituta fuit nova forma Officii Pœnitentiariæ.

A d. Pio, & Gregor. XIV. multoties ampliata fuit Pœnitentiariæ auctoritas.